
L. VARIUS RUFUS

I DE MORTE

- 1 Vendidit hic Latium populis agrosque Quiritum
eripuit, fixit leges pretio atque refixit.
- 2 Incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro
- 3 Quem non ille sinit lentae moderator habenae
qua velit ire, sed angusto prius ore coerecens
insultare docet campis fingitque morando.
- 4 Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem
si veteris potuit cervae comprehendere lustra,
saevit in absentem et circum vestigia latrans
aethera per nitidum tenues sectatur odores —
non amnes illam medii, non ardua tardant,
perdita nec serae meminit decadere nocti.